

S P H A E R A  
L E G A L I S,



STEPHANO FORCATVLO  
AVTORE.

Eiusdem autoris Versus aliquot.



L V G D V N I,  
APVD IOAN. TORNAE SIVM.  
M. D. XLIX.

Iacobo Roguerio Moncuteo, Se-  
NATORI CLARISSIMO, STE-  
PHANVS FORCA.  
TVLVS S.

\* TAD



I mihi deorum munere id concederetur, quod Auto-  
lyco Mercurij filio cōcessum fuisse accepimus, Senator  
optime, ut omne furtum impune cederet, neq; à quoquā  
deprehenderetur, dimidium Iasonem tibi trāsferrem,  
stylo forsitan politiore, nec sine ambitiosa inscriptione  
mei nominis, qui mos est multorum hoc tempore de le-  
gibus scribentīū: atq; ita alienis ego laboribus me tibi redderem gratiorem.  
sed quia peracre tuum iudicium & lectorum plerūq; industria nō liben-  
ter patitur tantam iniuriam uerū fieri autoribus, cum etiam constituerim  
id quoniam modo agere, ut me tibi affectissimū intelligas: malus septem his no-  
tibus iam contractioribus Sphaeram hanc legalem ad te scribere, cuius ar-  
gumentum mihi penē puerō exciderat. futurum enim tua putani, ut & mihi  
consulerem, infancias meas emendando & renouando penitus, & præterea  
quo in te essem animo, tibi significarem. laudis certè nihil expeſtaui  
ex parvo negotio. si quid uero grauius à me desideratur, id  
præstissime opinor in Dialogis nostris de occulta In-  
risprudentia, quos anno superiore, cum  
apud te diuersarer, magna cura  
confeci, iusto satis opere, &  
quod ego Lugduno ne-  
hementer ex-  
pecto.  
Tu interim meam Sphaeram, imò cuam,  
boni consule. Vale, v. l. Cal. April.

M. D. XLIX.

Dialogus, qui Sphæra Iuris Ciui-  
LIS INSCRIBITVR, IN QVO  
IVS CIVILE ADM CAELOS  
ET SIDERA REVO,  
CATVR.

*Interlocutores.*

MOMVS. IVPITER. MERCVRIVS.  
ACCVRSIVS.



QUONIAM grauatè hanc legationem obit tuus Mercurius, ô Iupiter: iam enim tertio iussisti, ut arrepto caduceo Accursum Iuris interpretē euocaret, ipse uero quid aliud quam cunctatur, causatus interim fracta esse talaria, & nescio quid? I V P. Per Stygem, nisi sedulò ire perrexerit, toto mense neq; dulce nectar bibet, neq; uescetur ambrosia, & à publicis cæli muneribus abstinebit, ut solent iij apud Vlpianum, quibus sententia præcipitur, *απὸ τῶν δημοσίων απέχεσθαι μόρις εστι.* ff. de poen. M E R C. Mitius mecum age, pater, num tu æquum putas, ut ego, qui deus sum eloquentiæ, Accursium conueniam, quo nihil audiri potest ineptius? sententijs abundat, fateor: sed non probo illud dicendi genus, quod punctis omnia concludit, floribus elocutionis non delectatur. I V P. Tu illum inuenies in umbrosa conuale memoris, inter uireta amœnissima, ubi rosarum minius color pernitet, & quod mirere, ita disertum inuenies, ut eloquentiam Vlpiano uenidisse uideri possit. M O M. Rides Iupiter? M E R C. Iocari Iouem existimo. I V P. At qui uos in eo seriam experiemini eloquentiā. M E R C. Si uerum mihi dicas, ultro mandatum exequor, atq; Accursium hoc adducturus propero. I V P. Ita fili. tu uero, Mome, posthac reprehēdes parcus, neq; legum enarratores temere despicies. M O M. Mens tibi, nisi fallor, in Antiopæ aut Danaæs amoribus est, uel me prorsus dementem putas, si speras mihi persuaderi posse nusquam delirasse Accursium. nunquid illud uerum est, quod ille ineptiarum opifex de patria tua scripsit in l. diuus. ff. ad Turpi. exponēs Cretam pro Aphrica? cum sit mediterranei maris insula inter Græciam & Cyrenam sita, uulgò Candiam uocant, in qua nequissimi incolæ etiamnum de se pulcro